



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

123 Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiae tuæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

Suavis es tu seruo in bonum, quam magna multitudine suavitatis, & dulcedinis latet? Quid est dulcesce seruo, nisi seruum non ut seruum, sed plusquam filium traxerat? Et, da mihi palatum, cui prae omnibus ipse dulcescas? Es quidem tu, Deus meus, ipsa suavitas, sed non omnibus idem sapis. At, si suscepseris seruum tuum in bonum sub tua spōsione, protectione, & dulcedine, timendum mihi non erit, ne calūnientur mihi superbi, quia à facie tua dissipabuntur: &, sicut deficit fumus, deficiunt: sicut fluit cera à facie ignis, sic defluerunt, & confundentur.

123 Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiae tuæ.

DE F E C E R V N T expectatione, defecerunt desiderio, defecerunt suspensio-
ne in te, defecerunt attentissima defixio-
ne, defecerunt præ lachrymis. Siquidem
non solum ad te, iuxta verbum B. Iob, stil-
lat oculus meus siue loquens assidue, siue
lacrymas vtcunque fundens, sed etiā iuxta
Ieremiam, diuisiones aquarum deducens. *Thren. 3.*
Nam expectatio languere eos facit, deside-
rium cruciat, defixio à ceteris omnibus ab-
ducit, & abstrahit: suspensio ad imam defle-
tere non permittit: lacrymæ non solum purgant, & exacutūt, sed etiam totam ani-

Defectio
ex multis
causis.

Iob 16.

mam rigant: quæ & ipsa dormitauerit,
vel iuxta aliam translationem stillauerit
Psal. 41. præ affectu. Vnde lacrymæ siue in die pro-
speritatis, siue in nocte aduersitatis; aut in
die consolationis, & lucis tuæ, vel in nocte
desolationis, & subtractionis gratiæ, fue-
runt mihi panes die, ac nocte.

Salutare Deficiunt verò in salutare tuum, id est,
dicitur Christum Dominum, quem Pater noster
Saluator. Iacob oculis caligans corporeis, spirituali
visu acutissimus optabat, dicens. Salutare

Gen. 49. tuum expectabo Domine. Quem postu-
Psal. 84. labamus clamantes. Salutare tuum da no-
bis: & læti præ certitudine cantauimus.

Psal. 97. Viderunt omnes fines terræ salutare Dci
nostræ. Et Isaias lætabundus. Dicite filiæ
Isai. 62. Sion, Ecce Saluator (vel Iesus) tuus venit:
ecce merces eius cum eo, & opus eius co-
ram illo.

Et Salus. Sed & salutare, id est, salutem abs te de-
siderantes oculi deficiunt: quam ad tem-
pus differt, ut desiderium acuens, & exten-
dens largius effundas, atque yberiorem si-
nu capaciore suscipiam.

Salutare Salutare autem tuum siue hoc, siue
vultus illo modo accipiatur (quippe & hoc ab il-
mei, quis lo est) salutare dicitur vultus mei, salus
sit.

Psal. 42. faciei meæ. Nam semper mihi præsentissi-
ma est, coram me est, ybique præsto est.
Et vicissim ego semper illam intueor, &
contemplor. Et salus faciei est, quam non
confundit, aut erubescere facit, imo illam
miro

IN PSAL. CXVIII. 39

miro modo sua luce, suo aspectu, & suauitate exhilarat, & mulcet. Quare ergo tristis es anima mea, & quare conturbas me? Nunquid non est, quod respondeas dicentibus, vbi est Deus tuus? Salutare vultus tui est adhuc in peregrinatione: sed veniet tandem Deus tuus, de quo tibi dicitur, vbi est? & absterget lacrymas tuas: pro *August.* pane lacrymarum ipse succedet, & te in æternum saginabit.

Eti eloquium iustitiae tue. Expectauis
cum desiderio, & fiducia salutem non fal-
laci tue promissioni innixus. Promisisti
enim non debens, promisisti ex gratia, sed
iam sponsionis, & promissionis tue chiro-
graphum tenens, eloquium iustitiae voco,
quia tibi ipsi debes. Fidelis quippe es in
omnibus verbis tuis, & sanctus in omni-
bus operibus tuis. Psal. 114.

124. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doceme.

PO T E N T I A M tuam, qua mundum
ex nihilo, solo verbo creasti, adoramus
& colimus. Sapientiam, qua disponis om-
nia, & vnum quodque ad terminum suum
ducis, admiramur, & prædicamus; sed mi-
sericordia misericordia sapit dulcius: misericor-
diam amplectimur carius, recordamur se-
pius, crebrius inuocamus. An insana fidu-
cia.

Misericor-
dia mis-
ris neces-
faria.